



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 182. Conventus Parisiensis ad reformandos judiciorum abusus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Secul. XV. A.C. 1466. tiis vero Bituricum Ducem, qui ab omnibus Galliae Proceribus derelictus privatam ibidem vitam trahebat. Olivarius inde rediens Gergolium transiit, ac de novo Regi occurrit, a quo Carolesium Comitem de ejus amicitia, ac mutuae pacis desiderio persuasum reddere jussus est. Verum omnes istae obsequii, amorisque significationes multum a sincero reconciliati animi sensu abludebant.

## §. CLXXXII.

*Conventus Parisiensis ad reformandos  
judiciorum abusos.*

**R**ex perlustrata tota Normannia, quam non ita pridem recuperaverat, unicuique urbi exploratae fidei Governatores dedit, postea Claramontense Castellum ad fluvium Ligerim comburi jussit, eoquod Petro Ambaciensi acerrimo foederatorum rebellium Principi pareret; demum copias suas reduxit, atque unico curas suas intendit, ut Regno suo salutaribus legibus prospiceret, ac eludendis adversariorum insultibus excubaret. Hunc in finem Parisiis conventu habito Primores Regni convocat, ac ex illis unum & viginti seligit, qui corruptelas in administranda justitia sensim irreperantes tollere adlaborarent. Hi ergo die sexta decima Julii conventui initium fecere,

cere, ubi Dunensis Comes, præcipuus hujus consilii auctor, Præsidis officio functus est. Attamen major fuit mediocritas, quæ proponebantur, frequentia, quam ea exequendi prona voluntas.

Sæcul. XV.  
A.C. 1466.

## §. CLXXXIII.

*Varvicensis Comes Eduardo Regi infensus.*

In Anglia Varvicensis Comes quidem ob connubium, quod Eduardum Regem cum Craji Cancellarii quondam conjuge contraxisse meminimus, ira exarsit; verum ejus indignatio ultra modum crevit ob Regis arrogantiam, qua Londinum reducem excepit. Sperabat enim Comes, Regem blando sermone, aut quadam saltem, futili licet, excusatione dolorem mitigaturum. Ast Eduardus re omnino intacta, nonnisi indignis, elatisque verbis factisque Comitum pessime habuit. Equidem hanc agendi rationem nemo unus, Varvicensi minus generosus ferre potuisset. Verum nec hic adversa stetit fortuna, sed nequid injuriæ deesset, summo etiam animi sui dolore idem percepit, quod Rex Neptis, quam Comes habebat, vel ut alii affirmant, fororis pudicitiae turpi ad stuprum sollicitatione insidiatus fuerit; nimirum hoc scelere, postquam ignobilem novæ conjugis suæ familiam

*Hist. Eccles. Tom. XXIX. Q Regii*